335/130

Inc 9040
H 10216 . 4.
Got/120
Ed 335
W-130

## Prima pars principalis habet·xxxi·capitula·


| | |
|---|---|
| De miſeria condicionis humane | Ca·i· |
| De miſerabili humane condicionis ingreſſu | Ca·ij· |
| De vilitate materie ex qua formatus eſt homo | Ca·iij· |
| De concepcione infantis | Ca·iiij· |
| Quali cibo conceptus nutriatur in vtero | Ca·v· |
| De imbecillitate infantis | Ca·vi· |
| De dolore partus & eiulatu naſcentis | Ca·vij· |
| De nuditate infantis nati | Ca·viij· |
| Qualem fructum homo producit | Ca·ix· |
| De breuitate huius vite | Ca·x· |
| De incomodo ſenectutis | Ca·xi· |
| De labore mortalium | Ca·xij· |
| De diuerſo ſtudio ſapientum | Ca·xiij· |
| De varijs hominum ſtudijs | Ca·xiiij· |
| De diuerſis anxietatibus hominum | Ca·xv· |
| De miſeria pauperis & diuitis | Ca·xvi· |
| De miſeria dominorum & ſeruorum | Ca·xvij· |
| De miſeria continentis & coniugati | Ca·xviij· |
| De miſeria bonorum & malorum | Ca·xix· |
| De hoſtibus humanis | Ca·xx· |
| De carcere anime | Ca·xxi· |
| De breui leticia | Ca·xxij· |
| De inopinato dolore | Ca·xxiij· |
| De vicinitate mortis | Ca·xxiiij· |
| De terrore ſompniorum | Ca·xxv· |
| De compaſſione ſuper aduerſis propinquorum | Ca·xxvi· |
| De ſpeciebus egritudinum | Ca·xxvij· |
| De ſubitis infortunijs | Ca·xxviij· |
| De diuerſis generibus tormentorum | Ca·xxix· |
| De horribili facinore quia mater comedit filiū ſuū | Ca·xxx· |
| De pena innocentis nocenti emancipato | Ca·xxxi· |

Incipit liber de miſeria conditionis hūane| editus a lothario dyacono· cardinali ſanctoꝝ Sergi et bachi· qui poſtea Innocencius tercius papa appellatꝰ eſt· Et diuiſus eſt in tres partes principales et eorundem capitula Prologus·

Omno patri kariſſimo· p· dei gracia Portueñ epo· Lotharꝰ indignus romane ſedis dyaconus· graciam in pn̄ti & gloriā in futuro· Modicum ocij qd̓ inter multas anguſtias nuper eā quā noſtis occaſione captaui| nō ex toto mihi preterijt ocioſū| ſed ad deprimendam ſuperbiā que caput eſt omnīū vicioꝝ vilitatem hūane cōdicōis vtrūqꝫ deſcripſi· Titulum aūt preſentis opuſculi veſtro nomī dedicaui· Rogans & poſtulans | vt ſiquid in ea vr̄a diſcretio dignū inuenerit diuine gracie totū aſcribat· Si vero paternitas vr̄a ſuggeſſerit| vilitatem humane nature xp̄o fauente deſcribam· quatenꝰ per hoc ita elatꝰ humilietur· vt p id humilis exaltet̄·

De miſeria condicionis humane Capitulum· i·

Vare de vulua matris mee egreſſus ſum vt viderē laborem & dolorem & cōſumarentur in confuſione dies mei· Si talia de ſe locutus eſt ille| quem deus ſanctificauit in vtero| qualia loquar ego de me· quem mater mea genuit in peccato| heu me dixerim mater mea quid me genuiſti filium amaritudinis & doloris· Job| quare non in vulua mortuus ſum| egreſſus ex vtero nō ſtatim perij· Cur exceptꝰ genibus· lactatus vberibus| natus in combuſtionē & cibum ignis· vtinā interfectus eſſem in vtero| vt fuiſſet mihi mater mea ſepulchrum| et vulua eius cōceptꝰ eternus| fuiſſem eīm quaſi non eſſem de vtero tranſlatus ad tumulum·

De miſerabili humane condicionis ingreſſu Ca· ij·

Vis ergo det oculis meis fontē lacrimaꝝ vt fleam miſerabilem cōdicionis humane ingreſſum| culpabilē humane cōuerſacionis pgreſſū| dampnabilem humane

diſſolutionis egreſſum·Conſideraui ergo cum lacrimis: de quo factꝰ eſt homo|quid faciat homo|& quid futurꝰ ſit homo ſane formatus de terra|conceptus in culpa: & natus ad penam· Agit praua que nō licent|turpia q̄ non decent|vana que non expediunt|fiet cibus ignis|eſca vermis|maſſa putredinis·Exponam illud planiꝰ|ediſſeram plenius formatꝰ eſt homo de puluere|de luto|de cinere|qđ qꝫ viliꝰ ē de ſpurciſſimo ſpermate·Conceptꝰ in prurituu carnis|ī feruore libidinis· in fetore luxurie|qđ qꝫ deteriꝰ eſt in labe peccati· Natꝰ ad laborē timorē & dolorem|qđ qꝫ miſeriꝰ eſt ad mortē·Agit praua quibꝰ offēdit deū: offendit ꝓximum: offendit ſeipm Agit turpia quibus polluit famā·polluit ꝑſonam·polluit cōſcientiam· Agit vana quibꝰ negligit ſeria|negligit vtilia|negligit neceſſaria ¶Fiet cibus ignis qui ſemp ardet & vrit inextingibilis · eſca vermis qui ſemp rodit & comedit immortalis· maſſa putredinis que ſemper fetet & ſordet horribilis·

### De vtilitate materie ex qua formatꝰ eſt homo· Ca·iij·

Ormauit igit̄ deꝰ hominē de limo tre|q̄ ceteris eſt indignior elemētis·Planetas et ſtellas fecit ex igne|flatus & ventos fecit ex aere· piſces & volucres fecit ex aqua·homīes & iumēta fecit de tra·Conſiderans igit̄ aquea alꝰ aq̄tica ſe vilē inueniet|ꝯſiderans aerea ſe viliorē agnoſcet conſiderans ignea ſe viliſſimū reputabit| nec valebit ſe parificare celeſtibꝰ|nec audebit ſe ꝑferre t̄renis·qꝛ parē ſe iumentis inueniet & ſimilem recognoſcet·Eccleſiaſtes Vnꝰ eſt hominu & iumētoꝝ interitꝰ & eq̄ vtriuſqꝫ ꝯditio|et nihil habet homo iumento amplius · De terra orta ſunt & in terram pariter reuertentur·Verba ſunt iſta|non cuiꝰlibet hoīs ſed ſapientiſſimi ſalomonis·Quid eſt ergo homo niſi lutum & cinis· hinc enim dicit Job ad deum·memento queſo ꝙ ſicut lutum feceris me | & in puluerem reduces me · Hinc & deus inquit ad hominem Cinis es & in cinerem reuerteris·Comparatus ſum luto ait Job & aſſimilatus fauille & cineri : lutum efficitur ex aqua & puluere vtroqꝫ manente·Cinis autem fit ex ligno

et igne vtroqȝ deficiente. Expreſſum miſteriū ſ; al's exprimen dum Quid ergo lutum ſupbis? de quo puluis extolleris? Vn de cinis gloriaris?

## De conceptione infantis. Capitulum iiij.

N ad illud forſitan rn̄debis / q adam ipē fuit de limo terre formatꝰ / tu aūt ex humano ſemīe pcreatus. At ille fuit formatꝰ de tra ſ; vgine / tu vero pcreatꝰ de ſe mine ſ; immundo. Job. Quis pōt facere mundum de immundo ɔceptum ſemīe? Quis eſt homo qui immaculatꝰ ſit / & iuſtus appareat natus de muliere? Dauid dicēte. Ecce eñ iniqta tibus ɔceptus ſum & in delictis ɔcepit me matr̄ mea. Non in vna tm̄ iniquitate / nō in vno tm̄ delicto / ſ; in multis iniqtati bus & in multis delictis. In delictis & iniquitatibꝰ ppriis In delictis & iniquitatibꝰ alienis. Eſt eñ duplex ɔceptio. Vna ſeminum & altera naturarum. Prima fit in cōmiſſis / ſcd̄a fit in contractis. Parentes eñ cōmittunt in prima / ples contra hit in ſecunda. Quis eñ neſciat concubitū & ɔiugalem nunq̄ȝ omnīo cōmitti ſine prurītu carnis / ſine feruore libidinis / ſine fe tore luxurie. Vnde ſemīa concepta fedantr̄ maculantr̄ et vician tur. Ex quibus anima tandē infuſa ɔtrahit labem peccati / ma culam culpe / ſordem iniqtatis. Sicut ex vaſe corrupto liquor infuſus corrumpitur: & pollutum contingens ex ipſo conta ctu polluitur. Habet enim anima tres potentias ſiue natura les vires. Rationalē; vt diſcernat inter bonum et malum. Ira ſcibilem vt reſpuat malum. Concupiſcibilē; vt appetat bonum Iſte tres vires tribus oppoſitis viciis originaliter corrum puntur. Vis rationalis per ignorantiam. vt nō diſcernat inter bonum & malum. Vis iraſcibilis per iracundiam. vt reſpuat bonum. Vis concupiſcibilis per concupiſcentiam. vt appetat malum Prima gignit delictum / vltima parit peccatum / media delictum grauat & peccatum. Eſt delictum non facere facien dum. Peccatum agere non agendum. Hec tria vicia cōtra huntur ex carne corrupta per tres carnales illecebras. In car nali quippe cōmertio rōis ſopitr̄ intuitꝰ / vt ignorātia ſeminetr̄

libidinis | irritatᷣ pruritꝰ · vt iracūdia ꝓpagetᷣ · voluptatis ſaci
atur affectꝰ vt ꝯcupiſcentia ꝯtrahatᷣ · Hic eſt tyrannꝰ carnis:
fex membroꝝ · fomes peccati · languor nature · pabulū mortis
ſine q̊ nēo naſcitᷣ · ſine q̊ nullꝰ moritᷣ | q̄ ſi qn̄qꝫ trāſit reatu | ſem
ꝑ tn̄ remanet actu · Johs · Si em̄ dixerīꝰ qꝛ pctm̄ n̄ hēmꝰ nos
ipſos ſeducimꝰ & veritas in nob̄ n̄ ē · O grauis neceſſitas &
infelix ꝯditio: anq̄ꝫ peccamꝰ | peccato ꝯſtringim̄ · & anq̄ delin-
quimus delicto tenem̄ | p vnum hoiem peccatū in huc mūdum
intrauit · & p peccatū in omēs homīes mors ꝑtranſijt · An nō
patres noſtri comederunt vnam acerbam: & dentes filioꝝ
obſtupeſcunt · vt habetur in Ezechiele ·

## Quo cibo conceptus in vtero nutriatur · Ca · v ·

Ed attende q̊ cibo ꝯceptus nutriatᷣ in vtero · Profe-
cto ſanguine mēſtruoſo qui ceſſat ex femīa pꝰ conce
ptum · vt ex eo ꝯceptꝰ nutriatᷣ in femīa · Qui fertᷣ eſſe
tam deteſtabil' et īmūdꝰ · vt ex eiꝰ ꝯtactu fruges nō germinēt
areſcāt arbuſta · moriantᷣ herbe · amittāt arbores fetꝰ · ſi canes
inde comederint in rabiē efferantᷣ · Concepti fetꝰ viciū ſeminis
ꝯtrahunt · ita vt leproſi & elephantici ex hac corruptione na-
ſcantur · Vn̄ ſcđm legē moſaycam in leuitico · mulier q̄ mēſtrua
patitᷣ reputatᷣ immūda · Et ſi quis ad menſtruatam acceſſerit
iubetᷣ interfici · Ac ꝓpter īmūdiciam menſtruoꝝ ꝑcipitᷣ · vt mu
lier ſi maſculum pareret quadraginta · ſi vero feminā octuagin
ta diebus a templi ceſſaret ingreſſu ·

## De inbecillitate infantis · Ca · vi

Vare ergo data eſt miſero lux · & vita his qui ſunt in
amaritudine eius anime · Felices illi qui moriuntur
anteq̄ꝫ oriantur · Prius mortem ſencientes q̄ vitam
ſcientes · Quidam enim tam deformes et prodigioſi naſcuntur
vt non homines: ſed abhominationes potius videantur · Qui-
bus forte melius fuiſſet proviſum ſi nunq̄ prodiſſent ad viſū
quoniam vt monſtra monſtrātur & offenduntur oſtentui Ple-
riqꝫ vero diminuti mēbris & ſenſibꝰ corrupti naſcuntᷣ amicoꝝ

triſticia | parentum inſania | propinquorum verecundia · Quis hec ergo particulariter dixerim de quibuſdā | cū generalit͛ oīs ſine ſciētia ſine verbo ſine virtute naſcamur flebiles · debiles · inbecilles parum a brutis diſtantes ymmo in multis min⁹ habentes · Nā illa ſtatim vt orta ſūt gradiunt͛ · Nos aūt nō ſolū erecti pedib⁹ nō incedim⁹ · vix etiā incuruati pedib⁹ ñ reptam⁹

## De dolore part⁹ & eiulatu naſcētis — Ca · vij ·

Omnes eñ naſcimur eiulantes & nature miſeriam exprimamus · Maſculus enim recenter natus dicit a · Femīa dicit e · vñ verſus · Dicentes e vel a quotquot naſcūtur ab eua · in gene · Quid ē igit͛ eua niſi eu & a vtrūqȝ dolentis interiectio eſt doloris exprimēs magnitudinē · Hinc eñ añ peccatū virago · poſt peccatū eua meruit appellari · Ex quo ſibi dictū audiuit | in dolore paries | non ē dolor ſicut dolor parturientis Vnde rachel pre nimio dolore part⁹ interijt | & moriens vocauit nomē filij ſui benony alš beniamin idest fili⁹ doloris · In libro regū vxor phinees ſubitis dolorib⁹ irruentibus peperit filiū ac perijt & in ipō mortis articulo vocauit nomen ſuū bichaboth · Mulier aūt vt naufrag⁹ cū parit triſticiā habet | cū vero pepit maſculū iā nō meminit pſſure ppt͛ gaudiū q͞a nat⁹ eſt hō in mūdo · Cōcepit ergo cū inmūdicia & fetore | pepit cū triſticia et dolore | nutrit cū anguſtia et labore cuſtodit cum inſtancia & timore

## De nuditate infantis nati — Ca · viij ·

Nudus egreditur & nudus regreditur | pauper accedit & pauper recedit · Job · Nudus inquit egreſſus ſū de vtero matris mee & nud⁹ reuertar illuc · Apoſtol⁹ · Nichil intulim⁹ in hūc mūdū haut dubiū quia nec auferre qd poſſim⁹ · Si quis aūt ingredit͛ indutus | attende quale pferat indumentū | turpe dictu | turpius auditu | turpiſſimū viſu | fedam pelliculam ſanguine cruētatā | hec eſt illa materia de qua thamar ait in partu · Quare propter te diuiſſa eſt materia | & ob hanc cauſam vocauit nomen eius phares ·

## Qualem fructum producat homo. Ca.ix.

Valis humane ꝯditiõis indignitas indigna vilitatis herbas & arbores inueſtiga. Jlle de ſe ꝓducũt floẽs frõdes. fruct⁹. & tu de te lentes. pediculos & lũbricos. Jlle de ſe fũdunt oleũ vinũ & balſamũ. & tu de te ſputũ vrinam & ſterc⁹. Jlle de ſe ſpirãt ſuauitatẽ odoris. & tu de te reddis abhominationẽ fetoris. Qualis ẽ arbor tal' eſt fruct⁹ Non enĩ põt arbor mala bonos fruct⁹ facere. Quid enĩ eſt homo ſm formã niſi q̃dã arbor euerſa. c⁹ radices ſũt crines | trũcus eſt caput cũ collo | ſtipes ẽ pect⁹ cũ aluo | rami ſũt vlne cũ tibijs. frondes ſũt digiti cũ articulis. Hoc eſt folium quod a vento rapitur: & ſtipula que a ſole ſiccatur.

## De breuitate huius vite. Ca.x.

N primordio conditionis humane nongentis annis et ampli⁹ homines vixiſſe leguntur | ſed paulatim vita hominis declinãte | dixit dominus ad noe | non permanebit ſpiritus meus in homine in eternum. quia caro eſt. eruntq; dies illius centumviginti annorum. Quod intelligi poteſt tam de termino vite q̃z de ſpacio penitendi. Extunc enim rariſſime leguntur homines plus vixiſſe | ſed cum magis ac magis vita recideretur humana | dictum eſt a pſalmiſta. dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. ſi autẽ in potentatibus octoginta anni | amplius eorum labor & dolor. Nunc autẽ ait Job. paucitas dierum meorum finietur breui: dies mei velocius tranſeunt q̃z a texante tela ſuccidit.ur. Idem. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur & conteritur. & fugit velud vmbra. & nunq̃z in eodem ſtatu permanet. Pauci nũc ad quadraginta. Pauciſſimi ad ſexaginta annos perueniunt.

## De incomodo ſenectutis. Ca.xi.

I quis autem ad ſenectutem proceſſerit ſtatim cor ei9 affligitur | & caput concutitur · languet ſpūs | fetet anhelit9 | facies rugat᷑ | ſtatura curuat᷑ | caligāt oculi | vacillāt articuli | nares effluūt | & crines defluūt | tremit tactus | & deperit actus · dentes putreſcunt | & aures ſurdeſcunt · Senex facile prouocat᷑ & difficile reuocat᷑ | cito credit & tarde diſcredit · tenax et cupid9 | triſtis et querul9 | velox ad loquēdū et tardus ad audiendū | laudat antiquos | ſpernit modernos | vituperat preſens | cōmēdat preteritū | ſuſpirat & anxiatur | torpet & infirmatur · Audi oraciū poetam | multa ſenez circūueniūt incommoda | porro nec ſenes cōtra iuuenes glorient᷑ | nec inſoleſcāt iuuenes ɔtra ſenē | qr qd ſum9 iſte fuit · Erim9 qñq3 qd hic ē ·

De labore mortalium Ca · xij ·

Vis ergo naſcitur ad volatū & homo naſcitur ad laborem · Cūcti dies eius laboribus & erumpnis pleni ſūt nec p noctem requieſcit mēs eius & hoc nōne vanita᷑ Non eſt quicq̄ ſine labore ſub ſole | nō eſt ſine defectu ſub luna | non eſt ſine vanitate ſub tpe · Temp9 eſt mora mot9 rerū motabilium | vanitas vanitatū inquit · Eccleſiaſtes & oīa vanitas · O q̄ȝ vana ſūt hominū ſtudia | o q̄ diuerſa ſūt exercicia · vnus eſt tn̄ oīm finis | & idem effectus | labor & afflictio ſpiritus | occupacō maxima creata eſt omnibus hominibus & iugum graue ſup filios adam | a die exitus de ventre matris eorum | vſq3 in diem ſepulture in matrem omnium

De diuerſo ſtudio ſapientum Ca · xiij ·

Erſcrutent᷑ ſapientes & inueſtigent alta celi | lata terre pfūnda maris | de ſingulis diſputēt | de cūctis ɔtractēt diſcant ſemp vt doceāt · & quid ex hac occupacōe niſi laborē & dolorē & afflictionē ſpūs inueniēt᷑ Nouerat hoc experimēto qui dixerat · dedi cor meū vt ſcirem prudenciā atq3 doctrinā · errores & ſtulticiā · & agnoui q̄ eſſet labor & afflictio ſpūs · eo q̄ ī multa ſapiā multa ſit indignacō · & q addit ſcienciā addit dolorē · licet eīn oporteat indagantē multis inſudare

vigilijs & inuigilare ſudoribus· Vix tñ eſt quicq̃ tã vile| vix eſt tã facile| qđ ad plenũ intelligat & cõprehẽdat ad liquidũ niſi forſan illud pfecte ſciat| q nihil ſcitur pfecte· q̃ q̃ ex hoc inſolubilis redargutio conſequatur· Corpus qđ corrũpit agrauat aĩam| & deprimit terrena inhabitacio ſenſum multa cogitantẽ· Audi quid ſuper hoc ſenciat ſalomon· Cũcte res difficiles| non poteſt homo eas explicare ſermone· Eſt homo qui dieb9 ac noctibus ſompnũ nõ capit oculis| & nullã operũ diei poteſt inuenire racõem· & quãto plus laborauerit ad querendum tanto minus inueniet· Defecerunt ergo ſcrutantes ſcrutinio· qm̃ accedit homo ad cor altum & exaltabitur deus· Perſcrutator eñ maieſtatis opprimetur a gloria· Qui eñ magis intelligit magis dubitat· & ille videt ſibi plus ſapere· qui pl9 deſipit· pars ergo ſciẽtie eſt ſcire qđ neſciat· Fecit autem de9 hominẽ rectũ & ipſe ſe immiſcuit infinitis queſtionibus

De varijs hominum ſtudijs Ca· xiiij·

Vrrunt & diſcurrunt mortales p ſepes & ſemitas· aſcẽdunt montes & tranſcendunt colles· tranſuolant rupes peruolant alpes· tranſgrediuntur foueas ingrediuntur cauernas· rimantur viſcera terre· pfunda maris incerta fluminis opaca nemoris· in via ſolitudinis· Exponũt ſe ventis & imbribus tonitruis & fulminibus· fluctibus & procell' ruinis & p̃cipicijs· Metalla cudunt & conflant· lapides ſculpunt & polliũt· ligna ſuccidunt & dolant· telas ordiuntur & texunt· veſtes incidunt & conſuunt· Edificant domos· plantant ortos· excolunt agros· paſtinant vineas· ſuccendunt clibanos· molendina extruunt· piſcantur venantur & aucupantur· meditantur & cogitant· conſiliantur & ordinant· laxant & ligant· querelantur & litigant· diripiunt & furantur· decipiunt & mercantur· contendunt & preliantur· & innumera talia vt opes congregent· vt queſtus multiplicent· vt lucra ſectentur· vt honores acquirant| vt dignitates extollant| vt poteſtates extendant· & hoc quoq3 labor & mentis afflictio eſt·

Si mihi non creditur Salomoni credatur· Magnificaui inquit in ecclesiastes opera mea| edificaui mihi domos· & plãtaui vineas· feci ortos & pomeria· & cõseui cũctis generibꝰ arborũ· Extruxi mihi piscinas aquarum·vt irrigarem siluam lignorum germinantium·possedi seruos & ancillas multamqꝫ familiam habui· Armenta quoqꝫ & magnos ouiũ greges vltra omnes qui fuerũt ante me in iherusalẽ· Coaceruaui mihi aurum et argentum & substancias regum & ꝓuinciaꝝ feci mihi cantores & cantatrices & delicias filioꝝ hominũ·ciphos & vrceolos in misterio ad vina fundenda habui· & supgressus sũ opibꝰ oĩs qui añ me fuerũt in iherusalẽ · Cũqꝫ me ↄũtissem ad vniuersa que fecerã· & ad labores quibꝰ frustra sudaueram· vidi in omnibus vanitatem & afflictionẽ animi· & nihil pmanere sub sole

De diuersis hominum anxietatibus Ca·xv·

Quanta mortales angit anxietas· affligit cura·sollicitudo molestat·metus exterret·timor cõcutit·horror abducat·dolor affligit·conturbat tristicia·contristat turbacio·pauper & diues·seruus & dominus·coniugatus & cõtinẽs·Deniqꝫ bonꝰ & malus·oĩs mũdanis cruciatibꝰ affligũtur·Expto credo magistro Job·Si impiꝰ inquit fuero ve mihi est·& si iustus nõ leuabo caput saturatꝰ afflictione & miseria

De miseria pauperis & diuitis Ca·xvi·

Pauperes enĩ premũtur media·cruciant̃ erũpna·fame siti·frigore·nuditate·vilescunt & contabescunt·spernũtur et cõfundũtur·O miserabilis cõdicio medicãtis nã et si petit pudore cõfundit̃· si vero nõ petit egestate cõsumit̃· sed vt medicet necessitate cõpellit̃·deũ causat̃ iniquũ ꝙ nõ recte diuidat·ꝓximũ criĩatur malignũ ꝙ nõ plene subueniat Indignatur murmurat et impecatur· Aduerte super hec senteciam Salomo·in ꝓuerbijs·Melius est mori ꝙ̃ indigere Melior est mors ꝙ̃ vita amara·et requies eterna ꝙ̃ languor perseuerans·etiam proximo suo pauper odiosus erit· Omnes dies pauperis mali· fratres hominis pauperis oderunt eum·

Inſuper & amici procul receſſerūt ab eo: Cum fueris felix mul
tos numerabis amicos Tempora cū fuerint nubila ſolus eris
Proh dolor & pudor ſm fortunam eſtimatur parua|cum po-
tius ſm pſonam eſtimanda ſit fortuna. Tam bon⁹ reputatur
vt diues|tam malus vt paup|cum potius tam diues ſit repu
tatus vt bon⁹|tam pauper vt malus. Diues aūt ſuperfluitate
reſoluitur & iactantia effrenatur. Currit ad libitum & currit
ad illicitum|& fiunt inſtrumenta penaꝝ que fuerāt oblectamē
ta culparum. Labor in acquirendo|timor in poſſidendo|dolor
in āmittendo. Mentem eius ſemper fatigat ſollicitat & affligit
vbi enim eſt theſaurus tuus ibi eſt & cor tuum. Sed de hoc
plenius in ſequentibus.

De miſeria dominorum & ſeruorum. Ca.xvij.

Eruus minis terretur|angarijs fatigatur|plagis affli
gitur. opibus ſpoliatur. qꝛ ſi non habet|habere ꝯpelli
tur|& ſi habet cogit' non habere. Culpa dn̄i|ſerui pe
na|culpa ſerui|domini preda. Quicquid delirant reges plectū
tur achiui|venatio leonis onager in heremo|ſic paſcua diuitū
pauperes O extrema conditio ſeruitutis. Natura liberos genu
it|ſed fortuna ſeruos conſtituit. Seruus cogitur pati|nemo ſi
nitur compati|dolore compellitur|& nemo condolere permit-
titur|ſit ipſe non ſuus vt nemo ſit ſibi. Miſeri qui caſtra ſecun
tur. quia miſerum eſt aliena viuere quadra. Dominus autem ſi
crudelis eſt: oportet illum vereri ꝓpter nequiciam ſubiectorū|
ſi mitis eſt contingit illum contempni propter inſolenciam ſub
iectorum. Seuerum autem metus affligit|& manſuetum vili-
tas paruipendit. Nam crudelitas parit odium|et familiaritas
parit contemptum|familiaris enim cura eum fatigat & dome-
ſtica ſollicitudo moleſtat. Oportet eum ſemper eſſe paratum.
vbiqꝫ munitum|vt poſſit malignantium inſidias precauere et
opugnantium iniurias propulſare: hoſtes conterere|ciues tu
eri: nec ſufficit diei malicia ſua: ſed dies diei labores eructat|
& nox nocti ſolicitudinem indicat. Dies ergo laborioſi dicun
tur: & noctes expenduntur inſompnes.

I poteſt ignis nō vrere | poteſt caro nō ↄcupiſcere. qꝛ
quantūcunqꝫ pugnetᷣ | nunq̄꞉ tñ ex toto iebuſc⁹ ille pt
expelli Oꝛati⁹ poeta natura expellit ſucatū vſqꝫ recur
rit. Non omnes inquit dn̄s vbū iſtud capiūt | ſꝫ qui pōt capere
capiat. Vñ cum de⁹ ipē de ceteris pontificalibꝫ indumētis iuſ
ſiſſet. vt moyſes aaron & filios ei⁹ veſtiret: de ſolis feminali-
bus nō p̄cepit. ſed ait vt ipi femnalibꝫ lineis vterentᷣ | cum in
grederentᷣ tabernaculum teſtimonij. Sed App̄lus ait. Nolite
fraudari adīuicē: niſi forte ex ↄſenſu ad tpus | vt vacetis oꝛa
tioni. Et iterꝫ. Reuertimini in idip̄m ne temptet vos ſathanas
ꝓpter incontinentiam veſtrā. Melius ē eñi nubere q̄ vri. Pu-
gnet ergo ↄtra ↄtinentiam vr̄am angel⁹ ſathane: qui carnali-
ter ſtimulat & grauiter colaphiſat. Ignem nature ſuggeſtio-
nis flatu ſuccēdit. materiam appoīt. facultatem tribuit. & o
poꝛtunitatem miniſtrat. pugnat & ſpecies que ſubito viſa eſt
facile concupiſcatur. Vnde Dauid cum poſt meridiem de-
ambularet in ſolario domus ſue regie. videns ex aduerſo ber-
ſabee ſe lauantem ↄcupiuit eam. Erat aūt mulier pulcra val-
de. miſit & tulit eam & doꝛmiuit cū ea. App̄lus ad Coꝛinth.
Poꝛro qui cum vxoꝛe eſt ſollicit⁹ eſt: cogitat que ſunt mūdi
& diuiſus ē. diſtrahitᷣ eñi p multas anguſtias & in varias ſol
licitudīes diſſecatᷣ. vt filijs & vxoꝛi. famulꝰ et ancillis neceſſā
ria ꝗrat & ſubmiſtret | tribulationē eñi carnis hn̄t h⁹mōi. Vx-
oꝛ ↄtēdit habere p̄cioſum oꝛnatū & variā ſuppellectilē. vt plu
ris ſepe ſit cult⁹ vxoꝛis q̄ꝫ cenſus mariti. alioquin per dies et
noctes ſuſpirat. plangit. garrit & murmurat. Salomon. Tria
ſūt eñi q̄ nō ſinūt homīeꝫ in domo manere. fum⁹. ſtillicidium
& mala vxoꝛ. Illa inquit oꝛnatioꝛ procedit inpublicū | hec ab
omībꝫ honoꝛatᷣ. Ego miſera in ↄuentu feīnaꝝ ſola deſpicioꝛ a
cunctis contempnoꝛ. ſola vult diligi. ſola laudari. Alterius a
moꝛem ſuum aſſerit odium. alterius laudeꝫ ſuum dedec⁹ ſuſpi
catur. Amandum eſt omne q̄d diligit. odiendū oē q̄d ſpernit
vincere vult ſꝫ vinci nō valꝫ. famulari ñ patitᷣ ſꝫ dn̄ari molitᷣ.

Cuncta vult poſſe|nulla non noſſe · Si pulchra fuerit facile
adamatur|ſi feda facile contempnitur|ſed difficile cuſtoditur
qđ a multis diligit̄|& moleſtū eſt poſſidere qđ nemo dignat̄
habere· Alius forma alius ingenio alius facecia alius libera-
litate ſollicitat|& ſic ex aliqua parte capitur quod vndiqȝ la-
teſcit· Certe equus & aſinus bos & canis | veſtis & lectulus
calix & vrceolus prius probant̄ et poſtea compantur· Spon
ſa vero vix tādem oſtēdit̄ ne prius diſpliceat q̄ ducat̄· Qua
liſcūqȝ caſus obuenerit|neceſſario eſt habenda|ſi feda ſi fetidā
ſi egra ſi fatua ſi ſupba ſi iracūda ſi parte qualibet vicōſa ꝓpt̄
ſolam fornicacōeȝ poteſt vxor a viro dimitti|nec dimittēs ali
am poteſt ducere|nec dimiſſā alteri poteſt copulari· Nam qui
cunqȝ dimiſerit vxorem ſuā niſi ob fornicacionem|& aliā dux
erit mechatur & qui dimiſſam duxerit mechat̄· qꝰ ſi vxor a vi
ro ſuo diſceſſerit manere debet innupta|aut viro ſuo reconcili-
ari|ſimiliter vir ſi diſceſſerit ab vxore· Graue nimis eſt pondꝰ
cōiugij· Nam ſtultꝰ & impius eſt qui tenet adulteram|& pa-
tronꝰ eſt turpitudinis qui celat crimē vxoris· Sȝ & ſi dimit
terit adulteram abſqȝ ſui culpa punitur|qm̄ illa viuente cogi
tur continere|ꝓpter quod & diſcipuli xpo dixerunt|ſi ita ē cau
ſa hoīs cum vxore|non expedit nubere· Quis vnq̄ȝ equam-
miter potuit ſuſtinere riualē|ſola ſuſpicio zelotipum vehe-
menter affligit· Nam licet ſcriptum ſit erūt duo in carne vna
zelus tamen viri duos in vna carne non patitur

De miſeria bonorum & malorum Ca·xix·

On eſt impijs gaudere dicit dominꝰ|quia per que pec-
cat homo per hec & torquetur|vermis enī conſciencie
nunq̄ȝ moritur|& ignis rationis nunq̄ȝ extinguit̄ vidi
eos qui operantur iniquitatem & ſeminant dolores & metūt
eos flante deo periſſe & ſpiritu ire eius eſſe conſumptos· Su
perbia inflat· Inuidia rodit· Auaricia ſtimulat· Ira ſuccen-
dit|angit gula|diſſoluit luxuria|ligat mēdacium|maculat ho-
micidium· Sic & alia viciorum portenta|vt que ſunt hōinū
oblectamenta videlicet deo ſunt inſtrumenta puniēdi· Oraciꝰ·

Inuidus alterius marceſcit rebus opimis Inuidiam ſi tuli nō in venere tyranni Maius tormentum| vicium enim corrumpit naturam· Apoſtolo teſtante ad romanos qui ait· quia euanuerunt in cogitationibus ſuis obſcuratum eſt inſipiens cor eorum propter quod tradidit illos deus in deſideria cordis eorum in immūdiciam vt contumelijs afficiant corpora ſua Et ſicut nō probauerunt deum habere in noticia ſua| tradidit illos deꝰ in reprobum ſenſum| vt faciant ea que nō conueniunt ·Ad thi· Sed & qui pie volunt viuere in criſto: perſecutionem paciuntur· Sancti namqꝫ ludibria et verbera experti| inſuper et vincula & carceres| lapidati ſunt| ſecti ſunt: temptati ſunt: in occaſione gladij mortui ſunt pro domino· Circuierunt in melotis : in pellibus caprinis| egentes| anguſtiati: afflicti ſunt: quibus dignus non erat mundus· In ſolitudinibus errantes &in montibus et ſpeluncis et in cauernis terre| periculis fluminum| periculis latronū| periculis ex genere| periculis ex gentibus| periculis in falſis fratribus| in labore & erumpna| in vigilijs multis| in fame & ſiti| in ieiunijs multis| in frigore & nuditate : in anguſtijs multis· Juſtus enim abneget ſeipſum : crucifigens membra ſua cum vicijs & concupiſcencijs· vt ſibi mundꝰ crucifixus ſit & ipſe mundo· Non enim habet hic manentem ciuitatem ſed futuram inquirit· Suſtinet ſeculum tanq̄ exilium: clauſus in corpore tanq̄ in carcere· Incola ego ſum aput te i terra inquit pſalmiſta· & peregrinus ſicut omnes patres mei· Remitte mihi vt paululum refrigerer priuſq̄ abeaꝫ et amplius non ero· heu mihi quia incolatus meus prolongatus ē| habitaui cum habitantibꝰ cedar| multum incola fuit anima mea Apoſtolus quis infirmatur & ego non infirmor· Quis ſcandaliſatur & ego non vror· In iudith· Naꝫ peccata proximorum frixorium ſunt iuſtorum hoc eſt refrigerium quod caleph filie ſue axe dedit in dotem·

De hoſtibus hominum· Capitulum·xx

Ilicia eſt vita hominis ſuper terram| an non vere mili
cia cum multiplices hoſtes vndiqꝫ ſemper inſidientur
vt capiant| perſequantur vt perimant· Demon & ho-
mo| mundus & caro· demon cum vicijs· homo cū beſtijs· Mū
dus cum elementis| caro cum ſenſibus· Caro nanqꝫ concupiſcit
aduerſus ſpiritum· ſpiritus autem aduerſus carnem· Verꝫ non
eſt nobis colluctatio tm̄ aduerſus carnem & ſanguinem: ſꝫ ad
uerſus ſpūalia nequicie in celeſtibus| aduerſus rectores tene-
brarum harum· Aduerſarius enim noſter tanꝙ leo rugiens cir
cuit querens quē deuoret· Accenduntur ignea tela nequiſſimi
Jere· Mors ingreditur per feneſtras· Oculus animā depreda-
tur· pugnat orbis terrarum contra inſenſatos· Gens ꝯtra gen
tem Regnum aduerſus regnum| terremotus magni erunt p lo-
ca| peſtilencie & fames| terroreſqꝫ de celo et tempeſtates| terra
producit ſpinas & tribulos· Aqua procellas & fluctus· Aer
tempeſtates & tonitrua· Ignis coruſcationes & fulgura· Ma
ledicta inqꝫ terra in opere ſuo ſpinas & tribulos germinabit ti
bi| in ſudore veſceris pane tuo donec reuertaris in terrā de qua
ſūptus es· quia terra es & in terraꝫ ibis· Inſidiatur aper de ſil
ua & ſingularis ferus depaſcitur| lupus & vrſus pardo & leo
tigris & onager| cocodrillus & griphes| ſerpens & coluber:
baſiliſcus & aſpis| ceraſtes & draco| ſcorpiones & vipere| ſed
& lendes & pulices| punices & pediculi| ſcinphes & muſce:
ſtrabones & veſpe| piſces & volucres· Nam creati fuimus vt
dominaremur piſcibus maris & volatilibꝰ celi & vniuerſis ani
mantibus que mouentur in terra| nūc damur illis in eſcam| da
mur in predam· Scriptum eſt enim in pſ̄· dentes beſtiarū im-
mittam in eos cum furore trahentium ſuper terram·

De carcere anime· Capitulum xxi·

Infelix ego homo quis me liberabit de carcere mortis huius·
certe non vult educi de carcere qui non vult exire de corpore·
Nā carcer anīe corpꝰ ē· de quo ſpecialiter dicit pſal· Educ de
carcere animam meam· Nuſꝙ eſt quies & tranquillitas: nūqꝫ
pax & ſecuritas· Vbiqꝫ timor & tremor· Vbiqꝫ labor & dolor

caro dum viuit dolebit | & anĩa ſuper ſemetipſam lugebit·

De breui leticia· Capitulum·xxij·

Vis vnq̃ vel vnicam diem totaz duxit in ſua delecta tione iocundam | quam in aliqua parte diei reatꝰ con ſcientie: vel impetus ire: vel motus concupiſcentie nõ conturbauerit: quã liuor inuidie vel ardor auaricie vel tumor ſuꝑbie nõ vexauerit | quã aliqua iactura vel offenſio vel paſſio non cõmouerit | quã demq; viſus vel auditꝰ vel tactꝰ aliq̃s ñ offenderit Rara auis in terris nigroq; ſimillima cigno· Audi er go ſup hec ſententiã ſapiẽtis A mane vſq; ad veſperã mutabi tur tps | cogitatiões vane ſibi ſuccedũt | & mens rapit͛ ĩ diuer ſa | tenẽt tympanũ & cytharã et gaudebũt ad ſõitũ organi | du cunt in bonis dies ſuos et in puncto ad inferna deſcendunt·

De inopinato dolore· Capitulum·xxiij·

Emper enim mundane leticie triſtitia repentina ſucce dit | & qđ incepit a gaudio deſinit in merore· Munda na quippe felicitas multis amaritudinibꝰ eſt reſperſa Nouerat hoc ſalomon qui dixerat | riſus dolore miſcebit͛ et ex trema gaudij luctꝰ occupat· Experti ſunt liberi iob | qui cũ co mederẽt & biberẽt vinũ in domo fratris ſui ꝑmogeniti | repente ventus vehemens irruit a regiõe deſti | & concuſſit q̃tuor angu los domꝰ | que corruens vniuerſos oppreſſit· Merito pater ait verſa eſt in luctũ cythara mea et organa mea in vocẽ flentium Meliꝰ eſt igit͛ ire ad domũ luctꝰ q̃ ad domũ conuiuij· Salubre conſiliũ· In die bonoꝝ ne immemor ſis maloꝝ· Memorare no uiſſima tua & in eternum non peccabis·

De vicinitate mortis· Capitulum·xxiiij·

Emper vltimꝰ dies ꝑmꝰ | et nũq̃ dies ꝑmꝰ vltimꝰ re putat͛ | cũ tñ ita viuẽ deceat | tanq̃ mori ſemp opteat· Scriptũ ẽ enĩ: memor eſto· q; mors ñ tardabit | tps ꝑ terit & mors appinquat· Mille ãni an oc̃los morientis tanq̃ di es heſterna q̃ ꝑterijt· Semp enĩ futura naſcũtur | et ſemp pñtia

moriuntur | & quicquid eſt p̄teritū totū eſt mortuū· Morimur
ergo ſemꝑ dum viuim⁹ | & tūc deficim⁹ mori dū deſinim⁹ vi-
uere Meli⁹ eſt ergo mori vite q̄ȝ viuere morti· qꝛ nihil eſt vita
mortalis niſi mors viuēs Salomon magis laudauit mortuos
q̄ȝ viuētes | & vtroqȝ feliciorē iudicauit | qui nec dū nat⁹ ē : vi
ta velociter fugit & retineri n̄ pōt· Mors aūt inſtantē occurrit
& impediri n̄ valet | hoc ē illud mirabile | ꝙ q̄nto pl⁹ tempus
creſcit | tanto pl⁹ vita decreſcit | qꝛ quanto pl⁹ vita ꝓcedit tan
to magis ad finem accedit·

## De terrore ſompniorum· Ca·xxv·

TEmpus qđ quieti ꝯceſſum ē | nō ꝯcedit̄ eſſe quietum
Nam terret ſompnia | viſiones ꝯturbant· Et licȝ n̄ ſint
in veritate triſtitia vel terribilia ſeu laborioſa q̄ ſomp
niant | ſompniantes tn̄ in veritate triſtant̄· terrent̄· fatigantur
In tantum etiā vt dormiētes aliq̄n lacrimant̄ | & euigilantes
ſepiſſime ꝯturbant̄· Si vero iocūdū qđ viderit nihilomin⁹ eui
gilantes triſtant̄ tanq̄ȝ id amiſerūt· Aduerte quid ſup hoc di
cat Eliphaȝ themanites· In horrore viſionis nocturne q̄n ſo
let ſopor occupare hoīes pauor tenuit me & tremor | & om-
nia oſſa mea pterrita ſunt· & cum ſpiritus me p̄ſente tranſiret
inhorruerunt pili carnis mee· Conſidera Job dicentem· Si di-
xero conſolabitur me lectus meus | & reuelabo loquens mecū
in ſtrato meo· terrebit me per ſompnia & viſiones horrore cō
cutiens· Nabuchodonoſor ſompnium vidit quod eum valde
perterruit | & viſiones capitis eius conturbauerunt eum· Mul
tas curas ſecuntur ſompnia· Et vbi multa ſompnia plurime
vanitates· Multos errare fecerunt ſompnia & ceciderunt ſpe
rantes in illis· Apparent quoqȝ frequenter in ſompniis tur-
pes ymagines | ex quibus per illuſiones nocturnas non ſolum
caro polluitur ſed etiam anima maculatur· Vnde dominus in
leuitico· Si ſit homo inter vos qui ſit pollut⁹ nocturno ſomp
nio | egrediatur extra caſtra | ſed nō reuertatur priuſq̄ȝ ad veſpe
ram lauetur aqua : & poſt ſolis occaſum reuertat̄ ad caſtra·

## De compassione super aduersis ꝓpinquorum. Ca. xxvi.

Vanto dolore ↄturbamur| q̄nto tremore cōcutimur cū
amicoꝝ damna sentim⁹: cū parētū pícula formidam⁹
plus interdū san⁹ formidine q̄ infirm⁹ egritudine ꝑ-
turbatur. Plus hic volūtarius affectu doloris q̄ is inuit⁹ effe-
ctu languoris affligit᷑. Verū enī est illud poeticū Res ē sollici
ti plena timoris amor. Cui⁹ pect⁹ tā ferreū. cui⁹ cor tā lapide
um: vt gemit⁹ nō exp̄mat| lacrimas ñ effundat | cū ꝓximi vel
amici morbū vel interitū intuetur| vt pacieti non ↄpaciat᷑ et do
lenti non ↄdoleat. Ipse ih̄s cū vidisset mariā et cognatos qui
cū ea venerāt ad monumentū lazari plorātes infremuit spiritu
& turbauit semetip̄m & lacrimat⁹ est. Sed eo poti⁹ q̄ mortu
um ad vite miserias reuocabat. Sciat aūt se culpabilit᷑ durū
& dure culpabilē: qui corpalem sui amici mortē deplorat: et
spiritualem anime sue mortem non deflet.

## De speciebus egritudinum. Capitulum. xxvij

Ondū a seculo tot egritudinū genera| tot sp̄es passio
nū philosophical᷑ industria potuit indagare| q̊t huma
na fragilitas potuit tollerare Tollerabilē quidē dixe
rim morboꝝ tollerātiam| vel an intollerabilē dixerim tolleran-
tiam: veri⁹ vtrūq; diiūxerim. Nam intollerabil᷑ est ꝓpt᷑ passio-
nis acerbitatē: ymmo ꝓpter paciendi necessitatē: de die in diē
humana natura magis ac magis turbat᷑ & corrumpit᷑. ita q̄
multa fuerūt olim exp̄imenta salubria: q̄ ꝓpter defectū ipsius
hodie sunt mortifera. Senuit iā mūdus vterq; macrocosm⁹ et
microcosmus: & q̄nto ꝓlixi⁹ vtriusq; senect⁹ ꝓducit᷑: tanto
magis natura turbatur.

## De subitis infortunijs. Capitulum. xxviij

Vbito cū non suspicat᷑ infortuniū accedit| calamitas
irruit: morbo inuadit: mors intercipit quā null⁹ eua-
dit: ergo ne glorieris ī crastinū Ignoras enī quid su-
peruentura pariat dies. Nescit homo finē suū. sed sicut pisces
capiunt᷑ hamo: et sicut aues ↄprehendunt᷑ laqueo| sic capiūtur
homines tempore malo: cum eis ex timplo superuenerit.

De diuerſis tormentorum generibus Ca. xxix.

Uid dicā de miſeris qui ꝑ innumera tormētoꝝ genera puniunt᷑ | fuſtibꝰ ceduntᷣ & gladijs iugulantᷣ | cremantur flāmis & lapidibꝰ obruuntᷣ diſcerpūtur vngulis. & patibul' ſuſpēdunt᷑ | torquētibꝰ vnguibꝰ & ſcorpionibꝰ flagellātur | artant᷑ vinculis & laqueis ſtrāgulantur | detrudūtur carceribꝰ & ieiunijs macerant᷑ | ꝑcipitātur & ſubmergūtur | excoriant᷑ & diſtrahūtur | ſecant᷑ & ſubfodiūtur. Et q ad mortē & qui ad gladiū & qui ad famē. Et qui ad captiuitatē crudele iudiciū | immane ſupplicium | triſte ſpectaculū | dantur in eſcā volatilibus celi | piſcibus maris beſtijs terre heu heu heu miſere matres que tam infelices filios genuiſtis

De quodā facinore horrēdo qr mat᷑ comedit filiū ſuū Ca. xxx.

Et hoc horribile facinꝰ libet introducere vel miſerē qd ioſephꝰ de iudaica obſeſſione deſcribit. Mulier quedā facultatibꝰ et genere nobilis cū cetera multitudine que cōfluxerat ieroſolimis cōmunē cū omībꝰ obſidionibꝰ caſū ferebat. Uniuꝰ reliquas facultates quas de domo in vrbē cōnexerat tyrāni penitꝰ inuaſerūt | ſi quid vero reliquiarū ex magnis opibꝰ fuerat quibꝰ victū quottidianū pertenuē ducēt. Irruentes ꝑ tormēta ꝑdonū ſatellites rapiebāt | ꝑ quibꝰ ingēs ita mulierē ex īdignacōe quadā velut inſania fatigabat | ita vt inter dū ꝑdones in necē ſui maledictis & conuicijs inſtigaret. verū cū nec irritatꝰ quiſq̄ nec miseratꝰ illā perimeret. Et ſi qd forte cibi fuiſſet ab illa q̄ſitū id alijs quereret᷑ nec vſq̄ iā fieret copia requirēdi. fames aūt dū dira viſceribꝰ inſiſteret ac medull' & ad furorem iam famis inedia perurgeret peſſimis vſa conſilijs iam armatur contra iura nature. Erat eīn ei ſub vberibus paruulus filius quē ante oculos ferens. Infelicis inquit matris o infelicior fili. in bello famis ac direpcione predonum cui te reſeruabo. nam & ſi vita poſſit ſuperari. iugo tamen humane ſeruitutis vrgerem famulari. Ueni ergo nūc o mi nate. eſto matri cibus predonibus furor. ſeculis fabula. que ſola deerat

De licitis opibus Ca·xi·
De incertitudine diuiciarū Ca·xij·
De ſuperflua ſollicitudine cupidorum Ca·xiij·
De auaro & cupido Ca·xiiij·
Cur auaricia dicatur ydolorum ſeruitus Ca·xv·
De quibuſdam proprietatibus auaricie Ca·xvi·
De gula Ca·xvij·
Exempla contra gulam Ca·xviij·
De ebrietate Ca·xix·
Exempla contra ebrietatem Ca·xx·
De luxuria Ca·xxi·
De generalitate luxurie Ca·xxij·
De diuerſis ſpeciebus luxurie Ca·xxiij·
De coitu contra naturam Ca·xxiiij·
De pena huius ſceleris Ca·xxv·
De ambicioſo Ca·xxvi·
De nimia concupiſcencia ambicioſi Ca·xxvij·
Exemplum de ambicioſo Ca·xxviij·
Qđ miſera & breuis eſt vita magnatum Ca·xxix·
De diuerſis proprietatibus ſuperborum Ca·xxx·
De ſuperbia & caſu luciferi Ca·xxxi·
De abhominabili ſuperbia & arrogantia hominū Ca·xxxij·
hemēter admirās· eo q noſſet eū eſſe phm· cur hec egerit inq-
ſiuit· phs ergo rñdit aut de⁹ es aut hō· Si de⁹ debui te ado-
rare· ſi hō potui iuxta te ſedere· Rex aūt ei⁹ racōʒ aduertēs dix
it cōtra phm· ymo ſi hō ſū nō debuiſti me adorare· Si de⁹ nō
debuiſti circa me ſedē· ſapient᷑ iſte rñdit· ſʒ ille prudent᷑ eluſit

De ſuperfluo cultu veſtium Ca·xxxvii·

Rimis parentib⁹ fecit de⁹ perizomata poſt peccatū Et
a xpo dicit᷑ xpianis· Nō duas tunicas habeatis· ſʒ iux
ta conſilium iohis· qui habet duas tunicas det vnam
nō habēti· Supb⁹ aūt vt magnific⁹ videat᷑ ſatagit veſtiri du
plicib⁹ | indui mollib⁹ | pcioſis ornari· Sed qd ē hō pcioſis or-
nat⁹ | n̄ ſepulcrū foris dealbatū | int⁹ aūt plen⁹ ſpurcicia & in-
mūdicia Iacinct⁹ et purpura | cocc⁹ et biſſus ī limo putreſcūt
Aurū et argētū· lapides et gēme in luto ſordeſcūt· Dignitas
et ptās male iacēt in pulue· honor et gl'a male ſedēt in cinere·
Quid ergo ſupbe philacteria dilatas· et magnificas fimbrias·
Diues iſte q induebat᷑ purpura et byſſo ſepult⁹ ē in inferno·
Dyna filia iacob patriarche anq egredet᷑ vt ait ioſeph⁹ eme
re ornamētū mulieꝝ pui̇̄cialiū vgo pmāſit· Cū aūt exiuit ſich
en fili⁹ regis emor eā violēter oppſſit· holofernes q ſedebat ī
canopeo ſuo qd erat ex purpura et auro | et ſmaragdo et lapi
dib⁹ pcioſis intextū | iugilat⁹ ē a iudith | q cū p⁹ vteret᷑ cilicio:
tunc ornamentū iocūditatis aſſumpſit· Audi ſup hec cōſilium

ſapientis· In veſtitu ne glorieris vnq̄· et apl's· Non in veſte precioſa | nec ſit extrinſecus capillatura | aut circundacio auri: aut veſtimentorum cultus·

Contra ſuperfluum ornatum· Ca·xxxviij

Ttende quid ɔtra ſupfluum ornatū cōmnet' domi' per ꝓphetā· Pro eo ꝙ eleuate ſūt filie ſyon & ambulauerunt extento collo | et nutib' oculorū ibant· Decaluabit dn̄s vˀticem filiaꝶ ſyon | & crinem eaꝶ denudabit· In illa die aufert dn̄s ornamentū calciamētoꝶ | et lamīas et torques & monlia & armillas & mitras & diſcrimīalia et periſcelides & murenulas & olfactoriola & in aures & ānulos & gēmas in fronte pendentes & mutatoria & palliola & lintheamina & ac' & ſpecula & ſyndones & victas et theriſtra· Et erit ꝓ ſuaui odore fetor· & ꝓ ſona funicul' | & ꝓ criſpanti crine caluicium· ꝓ faſcia pectorali ciliciū· Ecce reddit' iuſta pena ꝓ culpa· vt in eo puniant' in q̄ peccauerūt· Adhuc ſup his audi ezechielez aliū ꝓphetā· O tyre biſſus varia de egipto texta ē tibi in velū· Iacinct' & biſſus et purpura de inſul' eliza facta ſunt opimentū tuū· dentes eburneos et hebeninos cōmutauerunt in p̄cio tuo· Gemmā & purpurā & ſcutulatā & ſericū ꝓpoſuerunt in mercato tuo· De dan· inſtitores tui in tapetib' ad ſedendum· & repleta es et glorificata es nimis· Sed nūc ɔtrita es in mari et ī profundis aquarum opes tue ad nihilum redacte ſunt | et non eris vſq3 inperpetuum·

Exemplum ꝙ plus defert' veſtibus q̄3 vˀtutib'· Ca·xxxix·

Vm quidā ph's in habitu ɔtēptibili pˀncipis aulā adiſſet | et diu pulſans n̄ fuit admiſſus· S3 quotiēs temptauit ingredi | totiens ɔtigit eū repelli· Mutauit habitū et aſſūpſit ornamētū | tūc ad primā vocē adit' patuit venienti | q ꝓcidēs ad pˀncipem | paliū qd geſtabat cepit venerabiliter oſculari· Sup quo pˀnceps admirans quid hoc ageret exquiſiuit· Philoſophus ergo reſpondit· honorantem me honoro· quia quod virtus non potuit | veſtis obtinuit· O vanitas vanitatum plus honoris defertur veſtibus q̄3 virtutibus · plus venuſtati q̄3 honeſtati·

## De fucacõe coloꝝ & ornatu ꝑsone mẽse atq̧ dom⁹ Ca·xl·

Rtificialis ſpecies ſupducit̃ & facies obducitur natu-
ralis| tanq̃ hoĩs artificiũ artem ſuperet creatoris· Nõ
ſic nõ ſic· cõſiderate inquit lilia agri ꝛc· quomõ creſcãt
nõ laborãt neq̧ nent· Dico aũt vobis qm̃ nec ſalomon in om
ni gloria ſua coopt⁹ eſt ſicut vnũ ex iſtis· abſit vt adulterin⁹
color· cõpabilis ſit natiuo· Qm̃ ymmo cũ facies adulterino fu-
cat̃ colore· os abhominabili fetore corrumpitur· vniuerſa va-
nitas omnis hõ viuens· Quid eñ eſt vanius q̃ pectinare cri-
nes· planare ceſariem· tingere genas· vngere faciem· ꝓducere
ſupercilia qm̃quidem fallax ſit gloria & vana ſit pulchritudo
Omnis caro fenũ & omnis gloria eius quaſi flos agri· Qm̃ tã
quã fenũ velociter areſcẽt· & quemadmodũ olera herbarũ cito
decident· ad quid ergo ornamentum perſone· Quid vani⁹ q̃
ornare menſam mantilibus picturatis· cultellis ebore manica
tis· vaſis aureis· vaſellis argenteis· cuppis & nappis natalibꝫ
& gradalibꝫ· ſcutellis & cocliaribus· fucinulis & ſalarys va
ſculis & viceolis· capſulis & flabellis· Quid prodeſt pingere
cameras· ditare ꝑticas· palliare veſtibulum· ſubſternere paui-
mentum· componere lectum inflatum plumis· optum ſericis·
obductum cortinis· aut etiam canopeo· ſcriptum eſt enim· Ho
mo cũ interierit nõ ſumet oĩa ſecũ neq̧ deſcẽdet cũ eo glĩa ei⁹

## De dampnabili hũane diſſolucõis ingreſſu Ca·xli·

On eſt qui de cordis mũdicia valeat gloriari· quoniam
in multis offendimus omnes· & ſi dixerim⁹ q̧ pecca-
tum non habemus noſipſos ſeducim⁹ & veritas in no
bis nõ eſt· Quis ẽ qui dicere valeat cum apoſtolo· nihil mihi
conſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſũ· quis eſt hic & lau
dabimus eum· Ecce inter ſanctos nemo eſt immutabilis· ce-
li non ſunt mundi in conſpectu eius· & in angelis ſuis reperit
iniquitatem vel prauitatem· Quantomagis abhominabilis
eſt & inutilis homo· qui bibit quaſi aquam iniquitatem· Pe-
nituit ergo deum q̧ hominem feciſſet in terra· eo q̧ multa

malicia hominum eſſet in terra | & cūcta cogitatio hominis omni tempore ad malum intenta. Et ideo tactus dolore cordis intrinſecus deleuit hominem quē creauit. Porro ſuphabūdante iniquitate | refrigiuit caritas multorum. Omnes declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt | non eſt qui faciat bonum | nō eſt vſqꝫ ad vnum. Tota pene vita mortaliū mortalibus eſt plena peccatis | vt vix valeat inueniri qui non deuiet ad ſiniſtram: qui non reuertatur ad vomitum | qui non ꝯputreſcat in ſtercore: q non potius glorientur cum male fecerūt | & exultent in rebꝫ peſſimis. Repleti omni iniquitate & malicia | fornicatione | auaricia | nequicia | pleni inuidia homicidijs | contentione | dolo | ſuſurrones. malignitate. detractores. deo odibiles. contumelioſi. ſuperbi. elati. inuentores malorum. parentibus non obedientes. inſipientes. incompoſiti. ſine affectione. abſqꝫ federe et ſine miſericordia. Talibus & peioribus mundus iſte repletus abundat hereticis et ſciſmaticis. ypocritis. pfidis et tyrānis. ſymoniacis. ābicioſis et cupidis. raptoribꝫ et pdonibꝫ. violētis et exactoribꝫ. vſurarijs et falſarijs. īpijs et ſacrilegis. pditoribꝫ et mendacibꝫ. Adulatoribꝫ et fallacibꝫ. garrulꝭ et vſutis. guloſis & ebrioſis. adulteris et inceſtuoſis. mollibꝫ & immundis. Pigris & negligentibꝫ. vanis & pdigis. impetuoſis & iracūdis impacientibꝫ et inconſtantibꝫ. veneficis et auguribꝫ. piuris et execratis. pſūptuoſis et arrogātibꝫ. incredulꝭ et deſpatis. demū vniuſis vicijs irretitis Porro ſicut deficit fumꝰ deficient. et ſicut fluit cera a facie ignis ſic pctōres a facie dei omnipotētis.

De doloribus quos mali paciuntur in morte. Ca. xlij.

Mali ſiquidē qtuor dolores patiuntur in morte. Primus dolor eſt anguſtia corporea | tanta & tam grauis quanta et qualis | nec fuit nec eſt in preſenti vita ante diſſolutionem illā. quomiā quibuſdā apparet primo dolore ſeipſos diſſipare. fortis em̄ & incōpabilis eſt violentia | quando nexus illi & phiſicales nodi inter corpus & animam dirūpuntur Vnde lamentatur pphcta. Circundederūt me dolores mortis. Non eſt membrum: non eſt articulus in corpore quod non penitus inuoluatur | illo inexpugnabili dolore.

Secundus dolor eſt quando iam plene diſfatigato corpore | & ſuis exhauſto viribus | aīa multo liberius videt tunc in momē to occurrē oīa opa ſua bona vel mala q̄ fecit | que omnia reducū tur ante oculos interiores. Dolor iſte tantus | & retractio iſta tam grauis | quoniam anima plurimū turbata | cogitur contra ſeipſam edisſe. Unde propheta. Torrentes iniquitatis contur bauerunt me. Nota torrentes iniquitatis cū multo impetu ve niunt & videntur diruere omnia | ita in morte videbit malus omnia ſubito que fecit opera bona vel mala. Tercius dolor eſt quando anima incipit tam iuſte iudicare & ſuis iniquitatibus debita iehenne tormenta imminere. teſtimonio prophete. Do lores inferni circumdederunt me. Quartus dolor eſt quādo aīa adhuc in corpore poſita videt ſpirit9 malignos | ad recipiendū ſepatos | vbi tantus dolor eſt & timor q̄ miſera anima licz ex tincta q̄diu poteſt refugiat & tempus ſue captiuitatis redi mat anteq̄ de corpore exeat.

De aduentu xp̄i ad diem mortis cuiuſlibet hoīs Ca. xliij.

Videat etiam tam bonus q̄ malus | anq̄ egrediatur de corpore xp̄m in cruce poſitum | malus vt ad confuſio nem erubeſcat ſibi non pdeſſe redempcōez ſanguinis xp̄i ſua culpa exigente. Unde dicitur in euangelio. Videbunt in quem pupigerunt. quod intelligitur de aduentu xp̄i ad iudi cium & de aduentu ad diem mortis. bonus videt ad ſui exalta cōem. teſte apoſtolo. Uſq3 in aduentū dn̄i noſtri ihesu xp̄i | .i. ad diem mortis quando videlicet apparet bonis inſtar. Iohīs euangel'. d. Veni electe mi ad cōmuniū fratrū tuoꝝ. Quatuor nāq3 leguntur aduētus xp̄i. duo viſibiles ſcz veniens ad iudi cium & in obitu ſuoꝝ carorum. Et duo inuiſibiles videlicz in mēte p graciam ſm illud ad eū veniemus & manſionem apud eū faciemus. Et in effectu orationis ad exaudicōem. ſm illud vbi duo cōgregati ſunt in nomine meo in medio eoꝝ ſum. Et quodcūq3 pecierint patrē meū in nomine meo dabit eis

Incipit Regiſtrū tercie partis principalis huiꝰ libri & finalis


| | |
|---|---|
| De putredine cadauerum. | Ca. j. |
| De triſti memoria dampnatorum. | Ca. ij. |
| De inutili penitentia reprobborum. | Ca. iij. |
| De diuerſis penis inferni. | Ca. iiij. |
| De ineſtimabili anguſtia dampnatorum. | Ca. v. |
| De igne iehennali. | Ca. vi. |
| De tenebris inferni. | Ca. vij. |
| De confuſione penarum. | Ca. viij |
| De indeficientia tormentorum. | Ca. ix. |
| Cur reprobi non liberantur a pena. | Ca. x. |
| Teſtimonium de ſupplicijs eternis. | Ca. xi. |
| De die iudicij. | Ca. xij. |
| De precedenti tribulatione. | Ca. xiij. |
| De die iudicij rubrica. | Ca. xiiij. |
| De potentia ſapientia & iuſticia iudicis. | Ca. xv. |
| De diuino iudicio. | Ca. xvi. |
| ꝙ nihil proderit dampnandis. | Ca. xvij |

Xibit ſpũs eius & reuertet in terrã ſuã| in illa die perібũt oĩs cogitacõs eoꝝ· O quot & quãta mor tales de mũdane ꝓmiſſionis incertitudie cogitãt· ꝑ ſub repentino mortis articulo| repẽte cũcta q̃ cogitauerãt euaneſcũt· Sicut vmbra cũ declinat ablati ſunt| & excuſſi ſũt ſicut locuſte· Exibit ergo ſpũs non voluntari⁹ ſed inuit⁹· Qui cũ dolore dimittit que cũ amore poſſidebat· Et velit nolit cõſtitut⁹ eſt ei termin⁹ qui ꝑteriri nõ poterit· in quo terra reuertet in terrã· Scriptũ eſt enĩ| terra es & in terrã ibis Naturale ſiquidẽ eſt vt materiatũ in materiã reſoluat· auferet ergo ſpiritũ eoꝝ & deficient| & in puluerẽ ſuũ reuertentur. Cum autẽ morietur homo hereditabit beſtias & ſerpentes| & vermes operient eum| ſicut veſtimentũ ſic comedet eos vermis· & ſicut lanã deuorabit eos tynea· Quaſi putredo cõſumẽd⁹ ſũ ait iob· & quaſi veſtimẽtum quod comeditur a tynea| omnes enim in puluere dormient· putredini dixi| pater meus es| mater mea & ſoror mea vermibus· Homo putredo| & filius hominis vermis| q̃ turpis pater| q̃ turpis mater| q̃ abhominabilis ſoror· Conceptus eſt homo de ſanguine per ardorem libidinis putrefacto· Cuius tãdem cadaueri· q· funebres vermes aſſiſtunt· Viuus genuit pediculos & lumbricos| mortuus generabit vermes & muſcas| viuus produxit ſtercus & vomitũ mortuus generabit putredinem & fetorem| viuus hominem vnicum impinguauit| mortuus plures vermes inpinguabit· Quid ergo fetidius humano cadaueri· quid horribilius homine mortuo· Cuius gratiſſimus erat amplexus in vita· Moleſtus erit etiam aſpectus in morte· Quid ergo proſunt diuicie Quid epule· quid delicie· non liberabunt a morte| non eripient a fetore· Qui modo glorioſus ſedebat in throno| modo deſpectus iacet in tumulo| qui modo fulgebat ornatus in aula· modo ſordet nudus in tumba| qui modo veſcebatur delicijs in cenaculo| modo conſumitur a vermibus in ſepulchro·

De triſti memoria dampnatorum Ca·ij·

Indicta carnis impij vermis & ignis vterqȝ duplex interior & exterior· Interior qui rodit et vrit cor| exterior qui rodit & vrit corpus· Yſayas· Vermis eorum non morietur & ignis nō extinguet᷑· Judith· Dabit dn̄s ignē & vermes in carnes eorꝝ vt vratur & ſenciāt vſqȝ in ſempiternū· Vermis ꝯſciēcie tripliciᷓ lacerabit| affligit memoria| turbabit penitēcia| torqbit anguſtia· Salomō· venēt in cogitacōe peccatorꝝ ſuorꝝ timidi| & trāſducēt illos ex aduerſo iniqtates eorꝝ dicētes· Quid ꝓfuit nobis ſupbia· et iactācia diuiciarum quid cōtulit nobis· trāſierūt velud vmbra & ſicut nauis q̄ per trāſyt aquā fluctuātē| cui9 cū pterit nō ē inuenire veſtigiū| ſic & nos nati cōtinuo deſinim9 eſſe· Virtutis qdē nullū valem9 oſtdere ſignū| ſꝫ malignitate noſtra cōſumpti ſum9· Cū ingēti turbacōe recogitabūt| q̄ cū nimia delectacōe geſſerūt vt ſtimulus mēorie pūgat ad peāꝫ q̄s acule9 neqcie ſtimlauit ad culpā

De inutili penitencia reprobotum Ca·iij·

Icent intra ſe penitenciā agētes| errauim9 a via veritatis| & iuſticie lumē nō illuxit nobis· Tunc incipiet dicere mōtibus| cadite ſup nos| & collib9 opite nos· penitebūt ad pēnā ſed nō cōuertent᷑ ad veniā· iuſtū eīn eſt vt qꝛ noluerunt cū potuerunt· cum velint non poſſint· Dedit eīn eis deus locū penitēcie & ipi abuſi ſūt eo· Preterea diues ille qui cruciebat᷑ in flāma dicebat ad abrahā· Rogo te pater vt mittas lazarum in domū patris mei· habeo eīn quinqȝ fratres vt teſtetur illis ne ipſi veniāt ad hunc locum tormentorum· cui cū abraham rn̄diſſet· Habet moyſen & ꝓphetas· audiāt illos ſubiūxit n̄ pat᷑ abrahā ſꝫ ſi qs ex mortuis ierit ad eos penitēciam agēt· Agebat & ipe pn̄iam in inferno· ſꝫ qꝛ videbat eā inutilē rogauit vt annūciaret frib9 qten9 agerēt pn̄iaꝫ ī hoc ſeculo fructuoſam· qꝛ tūc ꝓdeſt homi penitē cū pot et ipe peccare

De diuerſis penis inferni Ca·iiij·

Ene infernales ſm diuerſa peccata diuerſe ſunt· Pri-
ma eſt ignis· ſecūda frig9· de quibꝰ dixit dn̄s· Ibi erit
flet9 & ſtridor dētiū| flet9 ꝓpter ardorē| et ſtridor ꝓpt
algorē| trāſibūt eñ de aquis niuiū i calorē nimiū· tercia erit fe
tor· de hys tribꝰ dicit ꝓpheta· Ignis ſulphur & ſpūs ꝓcella
rū· quarta vermes indeficiētes· Vn̄ yſayas· vermis eoꝝ n̄ mo
riet̄ & ignis eoꝝ nō extinguet̄· qnta ſacrilega man9 ꝑcucientiū
Vn̄ idez ꝓpheta· parata ſūt iudicia blaſphematoribꝰ & ꝑcuci
entes mallei ſtultoꝝ corpibꝰ· ſexta· tenebre palpabiles exterio
res & interiores· teſte iob· Vadā ad terrā tenebroſam & optaz
mortis caligīe| trā miſerie et tenebraꝝ vbi vmbra mortis et n̄l
lus ordo ſ ſempitnus horror inhabitat· Et in pſal· Ineternū
nō videbit lumē· Et iteꝝ· impij in tenebris cōticeſcēt· ſeptima
cōfuſio peccatoꝝ· Tūc eñ erūt libri apti cōſciēcie hoīs & erūt
omībꝰ manifeſta· octaua· horribilis viſio demonū q videbūtur
in excuſſiōe ſcintillaꝝ de igne aſcēdētiū· nona ignee cathene q-
bus impij mēbris cōſtringunt̄· Prima cōcupiſcētiū ē| ſcđa ma
licioſoꝝ| tcia luxurioſoꝝ| qrta inuidoꝝ & odiū habētiū| quinta
eoꝝ q in hoc ſeculo flagello n̄ meriti ſūt caſtigari| ſ qr exacer-
bauerīt deū pctōres & i multitudie pctoꝝ ſuoꝝ n̄ q̄rent· ſexta
eoꝝ q in tenebris ambulātes ad lumē veꝝ venire ꝯtēpſerīt· ſep
tima ꝯfitētiū peccata ſua et pn̄iaz negligētiū al's ꝯtēpnētiū· octa
ua q i hoc ſeculo libent̄ vidēt mala et faciūt· nona illoꝝ q p ſin
gl'a vicia ſūt defluxi q ambulāt i deſiderijs et ꝯcupiſcēcijs ſuis

De ineſtimabili anguſtia dampnatorum Ca· v·

Idētes turbabunt̄ timore horribili| gemētes p angu-
ſtia ſpūs & dicētes hy ſūt q̄s aliqn̄ habuim9 i deriſū
et i ſimilitudinē īproperij| nos īſenſati eſtimabam9 vi
tā illoꝝ īſaniā & finē illoꝝ ſine hōre· Ecce quō cōputati ſunt
int̄ filios dei| et int̄ ſanctos ſors illoꝝ ē| ſuppliciū eñ maloꝝ ē
intueri gloriā bonoꝝ| licz forte p9 finē iudicij beati quidā viſu
ri ſūt reprobos i tormētis| ſm illud· letabit̄ iuſt9 cū viderit vi
dictā ipioꝝ| reprobi vero n̄ ſūt viſuri bonos i glia ſm illḋ Tol
lat̄ impi9 ꝛc| talia dicēt i inferno pctōres· qm̄ ſpes ipi tāq̄ la
nugo q̄ a vēto tollit̄· et tāq̄ ſpuma gcil' q̄ a ꝓcella diſpgit̄ et
tāq̄ fum9 a vēto diffuſus et tāq̄ mēoria hoſpitis vnius diei·

De igne iehennali Ca·vi·

Gnis iehenne nec lignis nutritur nec flatu ſuccendi-
tur| ſed a deo creatus eſt inextingibilis ab origine mū
di· Scriptū eſt ī Job deuorabit eos ignis qui nō ſuc
cēdit· Creditur aūt eſſe ſub terris ſm illud ꝓpheticū· Infern⁹
ſubter conturbatus eſt in occurſū aduent⁹ tui· Sȝ & oīs lo
cus reprobis ē penalis| qui ſemp ſecū defert cruciatū| & vbiqȝ
cōtra ſe tormētū incurrūt· pducā inquit ezechiel ignē de me
dio ſui qui comedit eos· Ignis aūt iehenne ſemp ardebit· &
nunq̄ lucebit· ſemp vret & nunq̄ cōſumabit ſemp inficiet &
nunq̄ deficiet· Eſt eñi apud inferos ſūma tenebrarū obſcuritas
immēſa penarum acerbitas· infinita miſeriarum eternitas· liga
tis inquit manib⁹ & pedib⁹ mittite eū in tenebras exteriores·
ibi erit fletus & ſtridor dēciū· Singula mēbra p ſuis pecca-
tis ꝓpria ſuſtinebūt tormēta· vt ī eo puniant in quo peccaue-
runt· Scriptū eſt eñi· p que peccat homo· p hec & torq̄tur· vñ
qui lingua peccauerat· cruciabit in lingua· ꝓpt qd ipe epulo
clamabat· pat abrahā miſerē mei· & mitte lazarū vt intingat
extremū digiti ſui vt refrigēt līguā meā q2 crucior ī hac flāma

De tenebris inferni Ca·vij·

Eprobi nō ſolū exteriorib⁹ ſȝ et īteriorib⁹ tenebris īuol
uētur · qa ſpūali piter & corpali lumīe carebūt· Scri-
ptū eſt eñi· tollat impi⁹ ne videat gloriā dei· q2 ſolus
tūc erit in lucē ſempiternā· Tantā in penis ſuſtinebūt reprobi
anguſtiā· vt vix aliquid cogitare valeāt preter penas ſed illuc
dirigūt impetū cogitacōis vbi ſenciūt vim doloris· Sane qui
dem diſcipul⁹ fert appareuiſſe magiſtro poſt mortē· quē cū in-
tellexiſſet magiſter eſſe dāpnatū· q̄ſiuit ab eo ſi aliquib⁹ q̄ſtio-
nes apud inferos verterent· Qui dicit rndiſſe· Apud inferos
queri nō ſolet aliqua queſtio· quia vt ſalomō ait· nec op⁹ nec
ratio nec ſciēcia nec ſapiēcia erit apud inferos quo tu ꝓperas·
Erit eñi in reprobis tanta mentis oblimio· tanta cecitas ani-
mi· tanta confuſio rationis· vt raro vel nunq̄ ad cogitandum

de deo quicq̃ poſſit aſſurgere · nec dum ad confitendum valeant reſpirare | nam a mortuo tanq̃ ab eo qui non eſt | perijt cõfeſſio · Scriptum eſt enim · Non mortui laudabunt te domine neq3 omnes qui deſcendunt in infernum · Yſayas · Non infernus confitebitur tibi | neq3 mors laudabit te

De confuſione penarum Ca · viij ·

Jmitte me domine dicit Job vt paululum plangam dolorem meum anteq̃ vadã & nõ reuertar ad terrã tenebroſam & opertã mortis caligine | terrã miſerie & tenebrarum vbi vmbra mortis & nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat · Ordo quidem erit in quantitate penarum | qa in qua menſura menſi fueritis remecietur vobis | vt qui grauiꝰ peccauerunt grauiꝰ puniantur · Potentes eñi potenter tormẽta ſuſtinebũt · Sʒ & ordo erit de qualitate rerũ | quia de aquis niuiũ trãſibũt ad calorẽ nimiũ | vt ſubita cõtrariorum mutacio grauiorem inferat cruciatũ · Experimẽto cognoui | ꝙ aduſto ſi frigidum ſtatim adhibeas | ardenciorem ſenciet cruciatum ·

De indeficiencia tormentorum Ca · ix ·

Jcut oues in inferno poſiti ſunt | mors depaſcet eos : dictum eſt enim hoc a ſimili iumentorum | que non radicitus herbas euellũt | ſed ſummitates eripiunt | vt iterũ herbe renaſcantur ad paſtum · Sic & impij quaſi morte depaſti reuiuiſcent ad mortem | vt eternaliter moriantur · Ouidiꝰ · ſic inconſumpticij ſemper renaſcentes non pereant vt poſſint ſepe perire · Tunc enim mors immortalis erit | tunc viuent mortui qui vite ſunt mortui | querent mortem & non inuenient | qui vitam habuerunt & perdiderunt · Audi iohãnem in Apocal · dicentem · In diebus illis querent homines mortem & non inuenient eam | deſiderabunt mori & fugiet ab eis · O mors q̃ʒ dulcis eſſes quibus tam amara fuiſti | te ſolam deſideranter optabunt | qui te ſolam vehementer odierunt

Cur reprobi nunq̃ʒ liberantur a penis Ca · x ·

Vllus ergo ſibi blandiat᷑ & dicat· qꝛ de⁹ non in finē
iraſcetur neq3 ineternū cōminabit᷑ | ſ; miſeratio ei⁹ ſu-
per omīa opa ei⁹ | qui cū iratus ē non obliuiſcit᷑ miſe
reri | nec quicq̄ eoꝝ q̄ fecit odiuit · Aſſūmens in argumentū er
roris qd dn̄s ait per ꝓphetam· Congregabunt᷑ in congregati=
one vni⁹ faſcis in lacū | & claudent᷑ in carcere et p⁹ multos di=
es viſitabunt᷑· Homo nāq3 peccauit ad tpus | nō ergo eū puni
et ineternū· O ſpes inanis· o falſa pſūptio· Non credat fruſtra
errore decept⁹ q̄ aliq̄ pcio redimend⁹ ſit Quoniam in inferno
nulla ē redemptio· Congregabunt᷑ ergo pctōres ī lacū | et clau
dentur in carcere ſc3 in inferno· In q̄ fine corpib⁹ vſq3 in diē iu
dicij torq̄bunt᷑· Et poſt multos dies vic3 poſtq̄ reſurgent cū
corpib⁹ in nouiſſimo die viſitabunt᷑· non ad ſalutē ſ; ad iudi
cium & vindictā· qꝛ poſt diē iudicij g̃uius punient᷑ Sicut &
alibi d᷑· Viſitabo ī vga iniquitates eoꝝ & in verberib⁹ peccata
eorum· Predeſtinatis ergo iraſcitur deus temporalit᷑· qꝛ flagel
lat omnem filiū quē recipit· de quib⁹ illud accipit᷑ non in finē
iraſcetur· reprobis autem deus iraſcet᷑ eternalit᷑· qꝛ iuſtum eſt
vt qui ſemper in ſuo errore puaricatur· eterno deus de aīa ſua
vlciſcatur· Nam licet peccādi facultas illū dimittat | ipe tamē
non dimittit voluntatem peccandi· Scriptū eſt enī | ſupbia eo=
rum qui te oderunt aſcendit ſemper· Non humiliabunt᷑ repro=
bi iam deſperati de venia | ſ; malignitas odij tantum in illis ex
ercent· vt mallent illū omnino nō eſſe | p quem ſciunt ſe tam in
feliciter eſſe· Maledicent altiſſimo & blaſphemabunt excelſū:
conquerentes eum eſſe malignum qui creauit eos ad penā &
nunq̄ inclinatur ad veniam· Audi iohannem in apoc· dicentē
Grando magna deſcendit de celo in homines & blaſphemaue=
runt deum homines ꝓpter plagam grandinis quoniam facta
eſt magna vehementer· Volūtas ergo dampnati lic3 amiſerit
ptātis effectū | ſemp tn̄ malignitatis affectū· Et ipa erit ī infer
no ſupplicium | q̄ fuerat ī mūdo pctm̄ | lic3 forſitā & ibi pctm̄ ſit ſ;
non meritū pene· Impi⁹ ergo qꝛ hēbit ſemp ī ſe reatū ex culpa
ſentiet ſemp ꝯtra ſe cruciatū ex pena· qꝛ qd ipe p pniā nō dele=
uit· de⁹ p īdulgētiā n̄ remittit· Ad mgnā ego ptinet iuſticiam

iudicantis· vt nunq̄ careāt in iehenne ſupplicio: qui nunq̄ vo-
luerūt carere peccato· voluiſſent itaq3 ſi potuiſſent ſine fine vi
uere· vt ſine fine potuiſſent peccare· Oſtendūt enī q̄ in pecca-
to ſemper viuere cupiunt· qui nūq̄ deſinūt peccare dū viuūt·

Teſtimonia de ſupplicibus eternalibus· Ca xi

Vis inquit yſayas poterit habitare de nob̄ cū ardori
bus ſempitnis· Iſte fum⁹ erit in furore meo· ignis ar
dens tota die· Nocte & die n̄ extinguet̄ | ſ aſcēdit fu-
mus ei⁹ in ſempitnū· Iere· Dabo vos ī opprobriū ſempitnū
& ignominiā eternā q̄ nulla obliuiōe delebit̄· Daniel· Qui dor
mierint in puluere tre euigilabūt· alij in vitā eternā· & alij in
opprobriū vt videāt ſemp· qz mortuo hoīe ipio nulla ſpes erit
de eo· hinc extimplo veniet perditio ſua· et ſubito conteretur:
nec habebit vltra medicinam· Johannes in apocalipſi· Si
quis adorauerit beſtiam et ymaginem eius· hic bibet de vino
ire dei: et cruciabitur igne et ſulphure: et fumus tormentorum
aſcendet in ſecula ſeculorum· Nec habebit requiē die ac nocte
Confirmat hoc veritas· quia damnandos in iudicio ſententiali
ter reprobabit dicens· Ite maledicti in ignem eternum qui pa
ratus eſt dyabolo & angel̄ eius· Si ſm iudicium diuinum in
deutronomio· in ore duorum vel trium ſtat omne verbum | quā-
to magis in ore tantorum virorum de poſtpoſita vita ꝯſtabit·

De die iudicij· Ca· xij·

Cce ergo dies domini veniet crudelis & indignatione
plenus et ire et furoris: ad ponendam terram in ſolitu
dinem: & peccatores ei⁹ conterendos de ea· Quoniaz
ſtelle celi & ſplendor earum non expandent lumen ſuum· Ob-
tenebratus eſt ſol in ortu ſuo· & luna non ſplendebit in lumi
ne ſuo· Et viſitabo ſup omēm orbem mala | & ꝯtra impios in
iquitatem eoꝝ· Et quieſcere faciā ſupbiam infidelium | et arro
gantiam fortium humiliabo· ꝑpter hoc oēs man⁹ diſſoluent̄:
& omne cor hoīs tabeſcet & ꝯteretur: torſiones & dolores
tenebunt: & q̄ſi parturiēs dolebūt· vn⁹quiſq3 ad proximum
ſuum ſtupebit· quia dies illa dies ire· vt ſophonias propheta

attestat᷑ dies tribulatiōis et āgustie|dies calamitatis et miserie|
dies tēbraꝝ et caligis|dies nebule et t᷑binis |dies tube et clan
goris·qꝛ ꝯsumacōꝫ dn̄s faciet cū festīatiōe cūctis habitātibꝫ t̄
ram·Et supueiet repētina dies illa tanq̄ȝ laqueꝰ ī oēs·q sedēt
sup faciē vniūse terre|queadmodū fulgur exit ab oriēte et appa
ret vsqȝ ī ꝯcadētē ita erit aduētꝰ filij hoīs·apl's Dies em̄ dn̄i si
cut fur ī nocte ita veiet|cū em̄ dixerit pax et securitas|tūc repē-
tinꝰ eis supueiet īteritꝰ|sicut dolor ī vtero h̄ntis & n̄ effugiet·

De precedenti tribulatione· Ca·xiij·

Recedet aūt tribulatio q̄lis nunq̄ȝ fuit abinicio mūdi
vsqȝ modo|neqȝ fiet & nisi breuiati forent dies illi: n̄
fieret salua omis caro·Surget gens ꝯtra gentem|&
regnū cōtra regnū| & terre motꝰ magni erūt per loca|terrores
de celo & tēpestates|pestilētie & fames·Et signa magna erūt
in sole & luna & stellis| & in terris p̄ssura gentiū p̄ confusiōe
sonitꝰ maris & fluctuū|arescētibꝫ homibꝫ p̄ timore et expecta
tione q̄ supueniet vniuerso orbi·Surgent pseudo xpi & pseu-
do falsi ꝓphete|& dabūt signa magna & ꝓdigia|ita ꝙ si fieri
pōt in errorē ducant᷑ etiā electi·Tūc testimoīo apl'i reuelabit᷑
hō pc̄i·filiꝰ pdicōis q aduersat᷑ et extollit᷑ sup omē qd dicit᷑
aut colit᷑ deꝰ·ita vt ī templo dei sedeat ondens tanq̄ȝ sit deus·
Quem dn̄s ihs xp̄s interficiet spiritu oris sui· Malach· mitte
tur aūt helias ꝓpheta priꝰꝙ veiet dies dn̄i magnꝰ et horribi
lis|et ꝯuertet corda patrū ad filios|et corda filiorū ad patres
cū q̄ veniet enoch et ꝓphetabūt diebꝫ mille ducētis sexaginta;
amicti saccis Et cū finierit testiōmū suū|bestia q̄dā ascēdet de
abisso|& faciet aduersus illos bellū|& vincet illos & occidet:
& corpa eorū iacebūt in plateis ciuitatis magne|vbi dn̄s eorū
crucifixus est|et post tres dies & dimidium spiritꝰ vite intra
bit in eos·hec prophecia libri apoc·

De die nouissimo· Ca·xiiij·

Tatim aūt pꝰ t᷑bulacōꝫ dieꝝ illoꝝ sol obscurabit᷑: &
luna n̄ dabit lumē suū|et stelle cadēt de celo|et v̄tutes
celoꝝ mouebūt᷑·tūc appebūt sig̃ filij hoīs ī celo et plā
gēt sup se oēs t̄bꝫ tre· Reges et p̄ncipes et t̄buni et diuites et
fortes et oīs suꝰ et liber se abscōdēt ī speluncis et petris montiū

Et dicent montibus & petris · cadite ſuper nos & abſcondite nos a facie ſedentis ſup tronum & ab ira agni| quoꝫ veniet dies dñi magnus ire ipoꝝ & quis poterit ſtare · Et mittet angelos ſuos cũ tuba & voce magna| & ꝯgregabũt electos ei⁹ a q̃tuor ventis celi| a ſūmis celoꝝ vſqꝫ ad termīos eoꝝ · Tunc ipſe domin⁹ in iuſſu & voce archangeli & in tuba dei deſcendet de celo · Et omēs qui in monumentis ſunt audient vocem filij dei| & ꝓcedunt boni in reſurrectionem vite| mali vero in reſurrectionem iudicij · Mors & infern⁹ dabũt mortuos ſuos qui ī ipſis erunt| & videbit omīs oculus| & qui eum pupugerũt filium hoīs venientem in nubib⁹ celi cum ṽtute multa et maieſtate| veniet aũt dñs ad iudiciũ: non ſolũ cum angelis| ſ; etiaꝫ cum ſenatoribus populi ſui teſtimonio ſalomonis · Nobilis in portis quando ſederit cum ſenatorib⁹ terre · Sedebunt enim & ipſi ſup ſedes duodecim iudicātes duodecim trib⁹ iſrl · Aſpiciebam inquit daniel donec troni poſiti ſũt| et antiqu⁹ dieꝝ ſedebit| veſtimentũ ei⁹ q̃ſi nix candidũ| & capilli ei⁹ q̃ſi lana munda Thronus ei⁹ flāme ignis| rote ei⁹ ignis accenſus| fluuius igne⁹ rapiduſqꝫ gradiebat᷑ a facie ei⁹ · Milia miliũ miniſtrabāt ei| & decies centena miliũ aſſiſtebāt ei · De⁹ noſter maīfeſte veniet de⁹ nr̄ & nō ſilebit · Ignis in ꝯſpectu ei⁹ exardeſcit & ī circuitu ei⁹ tempeſtas valida · Nubes et caligo in circuitu ei⁹ Iuſticia et iudiciũ correctio ſedis ei⁹ · Et aduocauit celũ & terraꝫ deſuper vt diſcernat ꝓplm ſuum · Nam & ꝯgregabunt᷑ añ eũ omēs gentes & ſepabit eos abinuicem: ſicut paſtor ſegregat oues ab edis| et ſtatuet q̄dē oues a dextris edos aũt a ſiniſtris

## De potentia ſapientia et iuſticia iudicis · Ca · xv ·

Quant⁹ tũc erit timor et tremor flet⁹ et gemit⁹ · Naꝫ ſi calũpne celi ꝯtremiſcũt & pauēt aduentũ ei⁹: & angeli pacis amare flebũt| pctōres tũc quid facient? Si iuſt⁹ vix ſaluabit᷑ impi⁹ et pctōr vbi parebũt? Propteā clamat ꝓpheta · Ne ītres ī iudiciũ cũ ſuo tuo · qꝛ ñ iuſtificabit᷑ in ꝯſpectu tuo omīs viuēs · Si iniqtates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit? Quis eñ ñ timeat iudicē potētiſſimũ quē nēo

poteſt effugere· Sapientiſſimū quē nemo poteſt ſupare· Juſtiſſimum quē nemo pōt corripere· fortiſſimū quē nemo poteſt vincere· Job· Si fortitudo q̄ritur: robuſtiſſimꝰ eſt / & ſapiēs corde / & fortis robore· Si equitas iudicis: nemo audet ꝓ me teſtimonium reddere· Job· Si iuſtificare me voluero os meū condempnabit me / ſi innocentem oſtendere prauum me comprobabit· Et ſi ſimplex fuero: ipē dixit et facta ſunt ipē mandauit & creata ſūt· Qui vocat ſtellas & dicūt aſſumꝰ· qui facit angelos ſuos ſpiritꝰ & miniſtros ſuos ignē vrentem cuiꝰ voluntati nihil omnīo reſiſtit· cui verbū nullū eſt impoſſibile· Cui flectitur omne genu celeſtiū terreſtrium & infernoꝝ· hunc ergo nemo poteſt effugere dicēte ꝓphete· Si aſcendero in celū tu illic es· ſi deſcendero ad infernū ades· Ipſe ſcrutatᷣ renes & corda / ante cuiꝰ ꝯſpectū omīa nuda & apta ſunt· Qui pluuie guttas & arenas maris dinumerat· deus ſcientiaꝝ dn̄s preſcius oīm: ꝯſcius ſingulorū occultꝰ occultoꝝ oīm indagator· Hunc ergo nemo pōt latere ſicut dicit apl̄s· Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eiꝰ· Ipſe eſt iudex iuſtus fortis & patiens & multe miſericordie & longanimis: qui nec p̄ce nec precio nec amore nec odio a ſemita rectitudinis declinat: ſed via regia ſemp incedens / vllum malū p̄terit impunitū nullum bonum irremuneratum relinquit· Sed quod dicit pſalmiſta· Tu reddes ſingulis ſm̄ opera ſua·

De diuino iudicio· Ca· xvi·

Vis aūt n̄ timeat illud examē in q̄ idē erit et accuſator et aduocatꝰ et iudex· Accuſabit eñ cū dicit· Eſuriui et n̄ dediſtis mihi māducare· Sitiui ꝛc· Aduocabit cū ſubdit· Amē dico vob̄ q̄diu n̄ feciſtis vni ex minimis meis ꝛc Judicabit cū īfert· Diſcedite a me maledicti ī ignē etnū· Nō erūt teſtes ī illo iudicō neceſſarij· qꝛ tūc maīfeſta erūt abſcōdita tenebraꝝ Nihil eñ occultū qđ n̄ reueletᷣ· Tūc libri cōſciaꝝ erūt apti / et iudicabūtᷣ mortui ex his q̄ ſūt ſcripta ī libris ſm̄ opa ipſoꝝ O q̄ntꝰ ēit pudor pctōribꝫ / q̄nta ꝯfuſio cū eoꝝ nephādiſſima crimia cūctis erūt maīfeſta O q̄ꝫ bti q̄ꝝ remiſſē ſūt iniq̄tates et q̄ꝝ tecta ſūt pctā· Ab illa ſnīa nūq̄ꝫ p̄nt reuocare /

quia pater omne iudiciũ dedit filio ſuo: qui claudit & nemo aperit|aperit & nemo claudit|os domini locutum eſt·

ꝙ nihil proſunt opes damnandis· Ca·xvij·

Vnc non proderint opes nec defendunt honores Nõ ſuffragabuntur amici· Scriptum eſt enim in ezechiele· Aurum & argentum non valebit liberare eos ĩ die furoris domini|flebunt & plãgent reges terre cũ viderint fumum incendij propter timorem tormentorum· Quid ergo facietis in die viſitationis et calamitatis delonge venientis? ad cuius fugietis auxilium? Vnuſquiſqꝫ portabit onus ſuum· Anima que peccauerit ipſa morietur· O ꝙ̃ diſtrictum iudicium in quo non ſolum de factis: ſed de omni verbo ocioſo quod locuti fuerint homines|reddituri ſunt rationeꝫ· In quo vſqꝫ ad nouiſſimum quadrantem exigetur debitum cum vſuris Quis ergo fugere poterit a ventura ira? Mittet ergo filius hominis angelos ſuos|& colligent de regno ſuo omĩa ſcandala|& eos qui faciunt iniquitatem|& alligabunt faſciculos ad comburẽdum|& mittunt eos in caminum ignis ardentis|ibi erit fletus|gemitus·eiulatus·luctus·cruciatus·ſtridor·clamor·timor·& tremor·dolor & labor ardor & fetor·obſcuritas·anxietas·acerbitas·aſperitas·calamitas·egeſtas·anguſtia & triſtitia·obliuio & confuſio·torſiones et punctiones·amaritudines & terrores·fames·ſitis·frigus & cauma·ſulphur & ignis ardens in ſecula ſeculorum· Deo Gratias·

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD DE SEVILLA

Explicit tractatulus Innocentij pape de miſeria conditionis humane nature|per me fridericum Creuſner ciuem Nurmbergenſem Sub anno domini·M·CCCC·LXXVij·

118496994